



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 119. Auspicia Fabricæ Basilicæ ad S. Petrum Romæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

opinione jugum grave existimabant, mi- Sæcul. XVI.  
tiorem redderet. Isdem etiam favori- A.C. 1506.  
bus Perusinos cumulabat.

### §. CXIX.

#### *Auspicia Fabricæ Basilicæ ad S. Pe- trum Romæ.*

Cum Ecclesia S. Petri in Vaticano a Constantino ercta ruinis fatisceret, Bullar. Jul Julius II. Pontificatum suum magnifico & 28 p. 228. opere illustratus, pium cepit consilium, Raynald. quo hanc Basilicam augustiori forma e hoc ann. fundamentis erigendam curabat. Deli- n. 45. neavit totius molis formam celeberrimus Bramantes, qui præcæ architecturæ ni- torem in Italiam reduxit. Ergo ad ma- turandum hoc opus Julius indulgentias concessit omnibus, qui stipem in sumptuo- sissimam hanc fabricam erogaturi es- sent.. Id ipsum quod a Julio caeptum erat, certatim a Romanis Pontificibus deinde variis, iisque pretiosissimis orna- mentis decoratum est, adeo, ut templum arte ac magnificentia toto orbe celeber- rimum exureret; præterea summus Pontifex decima octava Aprilis, quæ e- rat in Paschatis hebdomada Sabbati dies, ad exorandam Dei gratiam pro perficiendo tanto opere solemnri ritu sacrum celebrari jussit, quo peracto primum hu- jus ædificii lapidem ipsus posuit, Cardi-

Q q 3

nali-

**Sæcul. XVI.** n. libus, atque innumeris ferme Prælatis  
 A. C. 1506. assitentibus. Hoc opus Julius Papa ag-  
 gressus est, *Jesu Christi Salvatoris nostri*  
*monitu*, ut ipse censebat, testaturque in  
 suis literis ad Henricum VII. Angliae Re-  
 gem datis, in quibus illum de cæpto æ-  
 dificio, atque præfata solemnitate cer-  
 tiorem reddidit. Evidem illud Tem-  
 plum, se adhucdum superstite, omnino  
 perficiendum sperabat; aliter autem Dei  
 nutu, consilioque actum est, cuius de-  
 creta persæpe ab hominum propositis  
 plurimum discrepant; Julius enim jactis  
 vix primis ædificii fundamentis, invidia  
 mortis eruptus est.

## §. CXX.

*Ordo FF. Minimorum a Papa con-*  
*firmatus.*

*Papeproch.*  
*p. 209.*  
*Spond. ann.*  
*1506. n. 8.*

Idem Pontifex ante obitum suum die vi-  
 gesima octava Julii Ordinem Fratrum  
 Minimorum, a suis Prædecessoribus jam  
 antea approbatum confirmavit. Ejus-  
 dem institutum Alexander VI. circa An-  
 num millesimum quadragesimum  
 nonagesimum secundum ratum habebat,  
 ac nomine, quo prius Eremitæ S. Fran-  
 cisci de Paula nuncupabantur, immutato.  
 Fratres Minimos appellari voluit, quod  
 idem Sancto Ordinis Parenti præplacuit:  
 In Gallis tamen continuato usu boni Vi-

71